NON ABSQUE DOLORE CORDIS <i>et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonice sententiae severitas enervatur, ut viri religiosi et hii maxime, qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat.</i>	Nicht ohne Schmerz des Herzens und äußerste Verwirrung haben wir erfahren, daß in den meisten Gegenden die kirchlichen Strafmaßnahmen sich so verflüchtigt haben und die Strenge der kanonischen Urteile so geringgeachtet wird, daß die Mönche und vor allem die, die durch päpstliche Privilegien mit einer größeren Freiheit begabt sind, immer wieder von ihren Mißhandlern Unrecht und Raub erleiden, weil sich kaum jemand findet, der ihnen mit geeignetem Schutz zu Hilfe eilt und sich zur Förderung ihrer Unschuld (den Feinden) als Mauer der Verteidigung entgegenstellt.
--	---

Eine häufige Arenga für Schutzbeauftragungen zugunsten von Klöstern.

OMNIUM SALUTI <i>paterna charitate intenti sacra interdum loca spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorumque anime domini nostri Iesu Christi eiusque sanctorum suffragia meritorum consequi et illis adiute ex purgatorio penis ad eternam salutem per dei misericordiam perducere valent.</i>	Da wir dem Heil aller mit väterlicher Liebe zugewandt sind, zeichnen wir die heiligen Orte immer wieder mit den geistlichen Geschenken der Ablasser aus, damit dadurch die Seelen der Gläubigen und der Verstorbenen die Hilfe der Verdienste unseres Herrn Jesus Christus und seiner Heiligen erlangen und durch deren Hilfe aus den Qualen des Fegefeuers durch die Barmherzigkeit Gottes zum ewigen Heil gelangen können.
--	--

Eine häufige Arenga für → Ablaßurkunden.

PERSONIS, QUE MUNDO RELICTO <i>ad celestia totis tendunt affectibus,</i>	Denjenigen, die die Welt verlassen haben und mit allen Wünschen dem Himmlischen zustreben, mit wohlwollendem Eifer zu hel-
---	--

<p><i>benivolo nos convenit adesse favore piis earum votis, ut consequi valeant tam salubris intentionis affectum, misericorditer annuendo, quatinus pace quieta et quiete pacifica pacis famulentur auctori.</i></p>	<p>fen ziemt sich für uns und ihr Begehren zu fördern, damit sie den Wunsch ihres heilsamen Zieles erfüllen können, so daß sie in ruhigem Frieden und in friedlicher Ruhe dem Urheber des Friedens dienen.</p>
---	--

Arenga für Klöster.

<p>PIA MATER ECCLESIA <i>de animarum saluti sollicita devotionem fidelium per quedam munera spiritualia remissiones videlicet et indulgentias concedere consuevit ad debitum famulatus honorem deo et sacris edibus impendendum, ut fideles ipsi crebrius et devotius confluant ad easdem assiduis salvatoris gratiam precibus implorando, quod tandem delictorum suorum veniam et gloriam consequi mereantur eternam.</i></p>	<p>Die fromme Mutter Kirche pflegt zum Heil der Seelen für die Ergebenheit der Gläubigen durch einige geistliche Geschenke – Nachlässe nämlich und Ablässe – für den geschuldeten Dienst und die Ehre, die Gott und den heiligen Stätten zu erweisen ist, damit die Gläubigen dort häufiger und andächtiger zusammenkommen, um dort mit inständigen Bitten die Gnade des Erlösers zu erleben und endlich die Verzeihung für ihre Untaten und die ewige Seligkeit zu verdienen.</p>
---	--

Arenga für →Ablaßurkunden.

<p>PII PATRIS ALTISSIMI, <i>qui, prout vult, dispensat singulis etiam plus, quam merita et vota requirunt, munera gratiarum, vices licet immeriti gerentes in terris interdum honoribus minores effeferimus, ut fiant in observantia mandatorum eorum humeri fortiores. Cum itaque, sicut accepimus, tu, qui nobilitate generis, litterarum scientia et virtutum decoraris ornatibus ac nostris et Romane ecclesie obsequiis disponas insistere nosque alias gratum sentiamus tue fame et probitatis ac circumspeditionis odorem, nos propterea ...</i></p>	<p>Da wir, wenn auch unverdientermaßen, des allerhöchsten frommen Vatersm der, wie er will, den einzelnen mehr Gnadengeschenke austeilte, als deren Verdienste und Wünsche verlangen, Stellvertretung auf Erden ausüben, verleihen wir mitunter den Geringeren Ehren, damit deren Schultern im Gehorsam gegenüber unseren Befehle stärker werden. Weil also, wie wir gehört haben, du, der du durch den Adel der Geburt, die Kenntnis der Wissenschaften und den Schmuck der Tugenden ausgezeichnet bist und bereit bist, uns und der Römischen Kirche Dienste zu leisten, und wir zudem schon früher den Ruh deiner Ruhmes und deiner Rechtschaffenheit und deiner Umsicht empfunden haben, wollen wir folglich ...</p>
--	--

Arenga der Urkunden, mit denen der Papst →Notare ehrenhalber ernennt.

<p>PRECLARI GENERIS nobilitas ac laudabilia tue puerilis etatis indicia, ex quibus, prout fidedignorum testimo-</p>	<p>Der Adel eines hochberühmten Geschlechtes und die löblichen Anzeichen deines jugendlichen Alters, aus denen, wie wir durch das Zeugnis glaubwürdiger Männer erfahren ha-</p>
--	---

<i>niis accepimus, verisimiliter concipitur, quod te in virum debeas producere virtuosum, merito nos inducunt, ut te apostolici favoris suffragio prosequentes tibi reddamur ad gratiam liberales.</i>	ben, mit hoher Wahrscheinlichkeit zu erschließen ist, daß du dich zu einem tugendhaften Mann entwickeln wirst, veranlassen uns, dir die Hilfe der päpstlichen Gunst angedeihen zu lassen und uns dir zur Gnade großzügig zu erweisen.
--	---

Arenga für Urkunden für Pfründen für (hoch)adlige Minderjährige (→Adel, →*defectus etatis*).

PRUDENTIBUS VIRGINIBUS , <i>que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se preparant obviam sponso ire, sedes apostolica debet patrociniū impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis enervet.</i>	Den klugen Jungfrauen, die sich im Nonnengewand mit entzündeten Lampen durch Werke der Heiligkeit darauf vorbereiten, dem Bräutigam entgegen zu gehen, muß der apostolische Stuhl seinen Schutz gewähren, damit nicht etwa ein Angriff der Frechheit sie von ihrem Vorhaben abbringt oder gar, was ferne sei, die Gewalt ihre heilige Lebensweise zunichte macht.
---	---

Seltenere Arenga für →feierliche Privilegien für Nonnenklöster.

QUANTA IN DEI ECCLESIA <i>ad salutem animarum Christi fidelium persone religiose vita examplari et honestis operibus afferunt incrementa virtutum, tanta eisdem inferunt detrimenta salutis, si a recto tramite per incontinentiam et vitam lassiozem ad illicita prolabantur, quo fit, ut diligens et curiosum reformationis ministerium in talibus oportunum esse nocscatur, ne propter vitiorum atque excessum tolerantiam hostis antiqui operante versutia maiores errores et scandala cum inevitabili iactura exinde valeant exoriri.</i>	Wie sehr in der Kirche Gottes zum Seelenheil der Christgläubigen das Leben mönchischer Personen zum Beispiel dient und durch ehrbare Werke zum Wachstum der Tugenden beiträgt, so sehr führt es zum Schaden des Heiles, wenn sie vom rechten Pfad durch mangelnde Enthaltbarkeit und Nachlässigkeit zu Unerlaubtem abgleiten. Deshalb ist es so, daß der Dienst einer sorgfältigen und aufmerksamen Erneuerung bekanntlich in solchen Angelegenheiten nützlich ist, damit nicht wegen der Duldung der Laster und Ausschreitungen infolge der Schläue des alten Feindes größere Irrtümer und anstößige Vorfälle mit unausbleiblichem Schaden entstehen können.
---	---

Eine →Arenga.

QUANTO FREQUENTIUS <i>fidelium mentes ad opera caritatis iuducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti consulimus/ providemus.</i>	Um so häufiger wir den Sinn der Gläubigen zu Werken der Liebe veranlassen, um so heilsamer sorgen wir für ihr Seelenheil vor.
---	---

Arenga für →Ablaßurkunden.

<p>QUIA LIBENTER <i>in pacis observantie delectamur, ea, que sunt iudicio vel concordia diffinita, ut firma et illibata permaneant, apostolico nos decet presidio communire.</i></p>	<p>Weil wir uns gerne an der Beobachtung des Friedens erfreuen, ziemt sich für uns, daß wir das, was durch Urteilspruch oder freiwilliges Übereinkommen festgelegt ist, durch den apostolischen Schutz zu bekräftigen, damit es fest und unangetastet Bestand habe</p>
---	--

Eine →Arenge für die Bestätigung von Vergleichen.

<p>QUIA REFRIGESCENTE CARITATE <i>multorum adeo iniquitas habundavit, ut quorundam succensa velut ignis impietas contra ecclesias et personas ecclesiasticas tanto validius inflammetur, quanto rariores, qui eas tueantur contra pravorum incursus, invenit obiectores, nos, quibus ipsarum cura et sollicitudo incumbit, ibi fortius insurgere cogimur, ubi persecutorum immanitas periculosius exarscit.</i></p>	<p>Weil die Liebe in vielen erkaltet und die Bosheit so überhand nimmt, daß der Unglaube vieler wie ein entzündetes Feuer gegen die Kirchen und kirchlichen Personen um so heftiger auflodert, um so seltener sich Leute finden lassen, die sie gegen die Angriffe der Schurken in Schutz nehmen, müssen wir, denen deren Sorge und Schutz aufgegeben ist, dort um so stärker auf den Plan treten, wo die Raserei der Verfolger um so gefährlicher entbrennt.</p>
--	---

Arenge für die →Zisterzienser.

<p>QUONIAM HABUNDAVIT INIQUITAS <i>et refriguit caritas plurimorum, ecce ordinem dilectorum filiorum fratrum predicatorum dominus suscitavit, qui non, que sua, sed, que sunt Christi, querentes tam contra profligandas hereses quam contra pestes alias mortiferas extirpandas se dedicarunt evangelizationi verbi dei in abiectioe voluntarie paupertatis.</i></p>	<p>Weil das Unrecht überhand nimmt und die Liebe vieler erkaltet, hat – siehe da! – der Herr den Orden der geliebten Söhne, der Brüder des Predigerordens, erweckt, die nicht, was ihrer, sondern was Christi ist, suchen und sich sowohl der Abwehr der aufschiebenden Häresien als auch der Austilgung anderer todbringender Seuchen hingeben durch die Verkündung des Wortes Gottes in der Wahl freiwilliger Armut.</p>
--	--

Arenge für die →Dominikaner.

<p>QUONIAM, UT AIT APOSTOLUS, <i>omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod redeunte domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui</i></p>	<p>Da wir, nach dem Wort des Apostels, alle vor dem Richterstuhl Gottes stehen werden, um den Lohn für unsere Taten in diesem Leben zu empfangen, seien sie gut, seien sie böse gewesen, ist es erforderlich, dem Tag der letzten Ernte durch Werke der Barmherzigkeit zuvorzukommen und im Angesicht der Ewigkeit auf Erden zu säen, was wir bei der Wiederkunft des Herrn mit vervielfachter Frucht ernten sollen, wobei wir unsere feste Hoffnung und unser Vertrauen auf den Himmel setzen sollen, weil ja, wer sparsam</p>
---	---

<i>parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam</i>	sät, auch sparsam ernten, und wer im Segen sät, auch im Segen das ewige Leben ernten wird.
--	--

Häufige Arenga für →Ablaßurkunden.

QUOS DEI TIMOR <i>a malo non revocat, necesse est, ut illos ecclesiastica censura percellit et pro demerito culpe in eos rigorem adiciat iudiciario potestatis, ne ipsi in aliorum graviores iniurias prolabantur.</i>	Wen die Furcht Gottes nicht vom Bösen abhält, den müssen kirchliche Strafmaßnahmen treffen und auf ihn gemäß der Größe der Schuld die Strenge der Rechtsgewalt ausüben, damit er nicht anderen schwereres Unrecht zufügt.
---	---

Eine Arenga für Strafurkunden.

RATIONI CONGRUIT <i>et convenit honestati, ut ea, que de Romani pontificis concessione (gratia) processerunt, licet eius superveniente obitu littere apostolice super illis confecte non fuerunt, suum consequantur effectum.</i>	Es stimmt mit der Vernunft überein und entspricht der Ehrbarkeit, daß das, was aus der Genehmigung/ Gnade des römischen Bischofs hervorging, auch wenn wegen seines dazwischenkommenden Todes die Urkunde darüber nicht ausgestellt wurde, seine Wirkung entfaltet.
--	---

Mit dieser Arenga beginnen Urkunden, die bereits genehmigt waren, aber wegen des Todes des Papstes nicht mehr expediert werden konnten und deshalb unter dem Namen eines späteren Papstes ausgestellt werden.

REDEMPTORIS NOSTRI <i>Iesu Christi, qui non mortem, sed salutem desiderat peccatorum, cuius licet immeriti vices in terris gerimus, exemplo eruditi fidelium omnium nostre cure divinitus creditorum salutem summo desiderio appetentes ipsos nonnumquam ad ecclesias et in eis sita altaria, presertim sub beate et gloriose virginis Marie, cuius ubera ipsum redemptorem lactare meruerunt, et aliorum sanctorum fundata nominibus visitanda et caritatis ibidem auxilia impendenda indulgentiis et remissionibus libenter inducimus, ut virginis ac sanctorum eorundem adiuti suffragiis, que propriis meritis attingere nequeunt, premia consequantur felicitatis eterne.</i>	Durch unseres Heilandes Jesus Christus, der nicht den Tod, sondern das Heil der Sünder wünscht, dessen Stellvertretung wir (wiewohl unwürdig) auf Erden führen, Beispiel belehrt erstreben wir mit höchstem Begehren das Heil aller Gläubigen, die uns von Gott anvertraut sind. Und wir veranlassen sie, häufig die Kirchen und die in diesen gelegenen Altäre, vor allem diejenigen, die unter dem Namen der seligen und glorreichen Jungfrau Maria, deren Brüste gewürdigt wurden, den Erlöser selbst zu säugen, und anderer Heiliger gestiftet sind, zu besuchen und dort die Hilfe der Liebe durch Ablässe und Nachlässe zu erlangen, damit sie mit Hilfe der Fürbitten der Jungfrau und der Heiligen die Belohnungen der ewigen Glückseligkeit erlangen, die sie aus eigenen Verdiensten nicht erreichen können.
---	--

Eine Arenga für →Ablaßurkunden in Marienkirchen.

<p>REGIMINI UNIVERSALIS ECCLESIE <i>disponente domino presidentes curis continuis angimur et sollicitudinis pul- samur, ut circa statum ecclesiarum quarumlibet salubriter dirigendum as- sidue intendamus sic, quod ubique maiestas altissimi in gratiarum bene- dictionibus collaudetur suique cultus gloriosi nominis propagata religionis observantia, prout id temporis qualitate pensata conspicimus expedire, ferventi- us suscitetur, ministerium quoque in hiis altissimo famulantium numerum sicordinatione limitemus, ne provisione carent superflua multitudo seu ex pau- citate didnum deo servitium subtraha- tur.</i></p>	<p>Wir, die wir der Regierung der allgemeinen Kirche durch den Willen des Herrn vorstehn, werden gedrängt und durch den Eifer unserer Sorge dazu angestoßen, daß wir, um den Bestand aller Kirchen heilsam zu lenken, eifrig darauf hinwirken, daß wir, wo immer die Majestät des Höchsten im Segen der Gnade gespiesen und der Dienst seines ruhmvollen Namens durch die Beachtung des Ordenslebens verbreitet wird, wie wir das gemäß der jeweiligen Zeit für gut achten, dies um so eifriger angestrebt wird, die Zahl der Diener, die dort dem Höchsten dienen, so ordnungsgemäß begrenzen, daß sie nicht wegen übergroßer oder zu geringer Zahl vom würdigen Gottesdienst abgehalten werden.</p>
---	---

Eine häufige Arenga (lange Form).

<p>REGIMINI UNIVERSALIS ECCLESIE <i>pre- sidentes ad ea, cum a nobis petitur, li- benter intendimus, per que altissimus ubique laudetur ac monasteriorum et aliorum piorum locorum negotia cum personarum illa gerentium commodo et utilitate procurentur.</i></p>	<p>Wir, die wir der Regierung der allgemeinen Kirche vorstehen, wenden uns gern dem zu, wenn es von uns erbeten wird, wodurch der Höchste überall gelobt wird und die Angelegenheiten der Klöster und der anderen frommen Orte mit Vorteil für die Personen, die jene betreiben, und Nutzen durchgeführt werden.</p>
---	--

Eine häufige Arenga (kurze Form).

RELIGIONIS ZELUS → VITE AC MORUM

<p>RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBUS <i>apostolicum convenit adesse presid- ium, ne forte cuiuslibet temeritatis in- cursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis in- fringat.</i></p>	<p>Es ziemt sich, denjenigen, die das Leben als Mönch/Nonne erwählen, mit apostolischem Schutz beizustehn, damit nicht etwa der Angriff irgendeines Frevels sie von ihrer Absicht abhält oder, was fern sei, die Kraft ihrer heiligen Hingebung beeinträchtigt.</p>
---	---

Die standardmäßige Arenga fast aller → feierlichen Privilegien.

<p>ROMANI PONTIFICIS <i>providentia cir- cumspecta cura circa statum ecclesiarum et monasteriorum aliorumque religioso- rum locorum utiliter dirigendum, prout ex</i></p>	<p>Die Voraussicht des römischen Oberhirten zielt mit umsichtiger Sorge auf die nützliche Lenkung des Zustandes der Klöster und anderen geistlichen Orte, so wie sie aus der Pflicht ihres Hirtenamtes</p>
---	--

<p><i>debito pastoralis tenetur officii, diligenter intendit statum huiusmodi quandoque in melius commutando, sicut personarum, locorum et temporum qualitate pensata id pro divini cultus augmento ac observantia regularium in domino conspiciat salubriter expedire.</i></p>	<p>gehalten ist, und achtet sorgfältig darauf, diesen Zustand mitunter ins Bessere zu wandeln, so wie sie es unter Beachtung der Umstände der Personen, Orte und Zeiten zur Vermehrung des Gottesdienstes und der Beachtung der klösterlichen Lebensweise für heilsam erachtet.</p>
---	---

Arenga für ein Kloster.

<p>ROMANORUM GESTA PONTIFICUM <i>salutem presertim animarum concernentia, super quibus illorum superveniente obitu littere apostolice confectae non fuerunt, recensere iustum reputamus et ratione consonum, ut illa universis Christifidelibus innotescant.</i></p>	<p>Die Entscheidungen der römischen Bischöfe, vor allem diejenigen, die das Seelenheil betreffen, sollen – denn das halten wir für richtig und vernunftgemäß – allen Christgläubigen auch dann bekannt werden, wenn die Urkunde darüber nicht ausgestellt werden konnte, weil der Tod des Papstes dazwischen kam.</p>
---	---

Eine Arenga für Urkunden, die erst nach dem Tode des genehmigenden Papstes ausgestellt werden.

<p>SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA <i>devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere</i></p>	<p>Die hochheilige Römische Kirche pflegt ihre unterwürfigen und demütigen Kinder aus der gewohnten Zuverlässigkeit ihres Amtes besonders zu lieben und sie, damit sie nicht durch die Belästigungen böser Menschen beunruhigt werden, als fromme Mutter durch den Schutz ihrer Fürsorge liebend zu umfassen.</p>
---	---

Eine häufige Arenga.

<p>SALVATOR NOSTER IESUS CHRISTUS, <i>dum preciosissimi sanguinis sui aspersione humanum genus, quod per lapsum et culpam prevaricationis primi parentis eterne salutis damna incurrerit, deo patri reconciliasset et in medio terre salutem operatus in celum ascensus ex precipui, quo homines ad eius similitudinem creatos dilexit, amoris sui fervore usque ad consumationem seculi nobiscum remanere pollicitus beato Petro apostolorum principi, postquam ab eo audire meruerat: "Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi</i></p>	<p>Als unser Heiland Jesus Christus durch seines kostbaren Blutes Vergießung das Menschengeschlecht, das sich durch den Fall und die Schuld der Übertretung des ersten Vorfahren den Verlust des ewigen Heiles zugezogen hatte, mit Gott dem Vater versöhnte und in der Mitte der Erde das Heil bewirkte und, als er zum Himmel auffahren wollte, aus der Glut seiner hervorragenden Liebe, mit welcher er die nach seinem Gleichnis geschaffenen Menschen liebte, bis zum Ende der Zeiten bei uns zu bleiben versprach und den heiligen Petrus, den Apostelfürsten, nachdem dieser von ihm zu hören verdient hatte: "Du bist Petrus, und auf diesen Felsen will ich meine Kirche bauen, und die Pforten der</p>
--	--

<p><i>non prevalebunt adversus eam, et reversurus ego precatus sum (?), Petre, ut non deficiat fides tua et tu, aliquando conversus, confirma fratres tuos!", suas in terris vices commisit et collatis sibi celestis regni clavibus, cum tam exvellentissime auctoritatis plenitudinem, ut, quodcumque ligaret super terram, esset ligatum etiam in celis, et quodcumque solveret super terram, solutum esset et in celis, ob quod nos, licet insufficientibus meritis, superna dispositione ipsius apostolorum principis successores constituti considerantes singulos nostre vigilantie creditorum dei gratia egere ac sanctorum meritis et intercessionibus adiuvari posse pro consequenda cum electis in excelsis eterne hereditatis portione, ad illa curis vigilantibus assiduis et studiis invitamur indefessis, ut nostre operationis ministeriis ad ipsorum sanctorum (hier kann eine Angabe zum speziellen Heiligen der begünstigten Kirche folgen) venerationem incitari possit et tandem illorum intercessionibus meritis a peccatis liberi ad indeficientis luminis visionem perenniter pervenire.</i></p>	<p>Hölle werden sie nicht überwältigen, und ich werde wiederkommen, und ich habe gebetet, daß dir nicht der Glaube fehle" und "wenn du zum Glauben gefunden hast, stärke deine Brüder!" zu seinem Stellvertreter auf Erden einsetzte und ihm die Schlüssel des Himmelreiches übergab, wobei er so die Fülle der hervorragendsten Gewalt festsetzte, daß, was er auf Erden binden werde, auch im Himmel gebunden sei, und, was er auf Erden lösen werde, auch im Himmel gelöst sei, weshalb wir, wiewohl an Verdiensten unwürdig, durch seine hohe Verfügung als Nachfolger des Apostelfürsten eingesetzt, bedenken, daß die einzelnen Menschen, die unserer Wachsamkeit anvertraut sind, der Gnade Gottes bedürfen und daß ihnen durch die Verdienste und die Fürsprache der Heiligen geholfen werden kann, um mit den Auserwählten in den Höhen einen Anteil an der ewigen Erbschaft zu erlangen, dazu mit wachsender und eifriger Sorge und mit nie erlahmendem Eifer aufgefordert sind, damit sie durch die Dienste unseres Handelns zur Verehrung dieser Heiligen ... angestachelt werden und schließlich durch deren Fürsprache und Verdienste von ihren Sünden befreit werden können und zum Anblick des unendlichen Lichtes auf ewig gelangen können.</p>
--	--

Aufwendige Arenga für →Ablaßkunden.

<p>SANCTORUM MERITIS <i>inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devotionis obsequia promerentur illumque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est et retributio meritorum.</i></p>	<p>Durch die Verdienste der Heiligen werden unzweifelhaft die Christgläubigen berühmte Freuden erlangen, die deren Schutz durch angemessene Leistungen der Hingabe verdienen und denjenigen [= Christus selbst] in ihnen verehren, der selbst ihren Glanz und die Belohnung ihrer Verdienste darstellt.</p>
---	---

Arenga für →Ablaßkunden

<p>SERENA VIRGO, <i>mater plena deliciis, dulcis dei genitrix salvatoris humanarum laudum preconiiis digne meruit venerari, que solem iustitiae dominum nostrum Iesum Christum mundo edidit salvatorem, de cuius uberum dulcedi-</i></p>	<p>Die durchlauchtige Jungfrau, die Mutter voller Freuden, die süße Gottesgebärende des Heilands verdient es, durch die Verkündigung ihres Lobes durch die Menschen geehrt zu werden, sie, die die Sonne der Gerechtigkeit, unseren Herrn Jesus Christus der Welt zum Erlöser gab, aus deren Fülle der Süße den</p>
---	---

<i>ne egris medicina, languentibus solamen, reis culpe remissio, cunctis ipsius implorantibus patrociniū misericordie rivulus noscitur emanare.</i>	Kranken Arznei, den Mpden Trost, den Angeklagten Nachlaß der Schuld und allen, die ihren Schutz anflehen, ohne Zweifel der Quell der Barmherzigkeit entspringt.
---	---

Eine Arenga für →Ablaßurkunden für Marienkirchen.

SI POPULUS ISRAELITICUS , <i>qui sub legis umbra vivebat, frequenter accedens oratorus ad locum, quem elegit dominus, ut ibi poneret nomen suum, vota et donaria plurima offerebat, tanto fortius populus christianus, cui apparuit benignitas et humanitas salvatoris, tenetur basilicas, presertim devota religione conspicuas, in quibus ad honorem et sub vocabulo precelse dei genetricis fundatas Christus ad abolendam nostrorum criminum corruptelam immortaliter et incorruptibiliter vivens quotidie immolatur, congruis honoribus frequentare ac ibidem offerre munera cum animi puritate, quanto certiora sunt experimenta quam enigmata figurarum.</i>	Wenn schon das israelitische Volk, das im Schatten des Gesetzes lebte, häufig zum Gebet zu dem Ort ging, den der Herr sich erwählt hatte, um dort seinen Namen aufzurichten, und vielfältige Gaben und Geschenke darbrachte, dann muß um so mehr das christliche Volk, dem die Güte und Menschenfreundlichkeit des Heilandes erschienen ist, die Kirchen, vor allem die durch ergebene Hingabe ausgezeichneten, in denen zur Ehre und unter Anrufung des Namens der ausgezeichneten Gottesgebälerin Christus, der zur Tilgung der Verderbnis unserer Sünden unverderblich und unsterblich lebt, täglich geopfert wird, mit angemessenen Ehren eifrig besuchen und dort seine Gaben mit reinem Geist opfern, als die Erfahrung sicherer ist als rätselhafte Bilder.
--	--

Arenga von →Ablaßurkunden, besonders für Marienkirchen.

SI RELIGIOSORUM VIRORUM <i>petitiones clementer admittimus, nostris procul dubio opportunitatibus benignum ac pium omnipotentem dominum repperimus.</i>	Wenn wir die Bitten der Ordensleute gnädig annehmen, finden wir zweifelsohne den allmächtigen Herrn unseren Wünschen gütig und zuverlässig geneigt.
--	---

Eine Arenga für →Ordensleute.

SINCERE DEVOTIONIS AFFECTUS , <i>quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut humiles preces vestras, quantum cum deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus.</i>	Das Empfinden ehrlicher Unterwürfigkeit, das ihr uns und der Römischen Kirche gegenüber zu erkennen gebt, verdient es, daß wir eure demütigen Bitten, soweit wir es mit Gott können, zur Gnade der Erhöhung zulassen.
--	---

Eine häufige Arenga.

SOLET ANNUERE <i>sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus (desideriis) favorem benivolum impertiri.</i>	Es pflegt der apostolische Stuhl den frommen und ehrbaren Wünschen der Bittsteller wohlwollende Güte zu erweisen.
--	---

Eine häufige Arenga.

<p>SOLLICITUDINIS PASTORALIS <i>officium, quod super omnes orbis ecclesias et monasteria dispositione divina, licet immeriti, gerimus, pulsat et excitat mentem nostram, ut illa pia devotorum desideria, per que regularium personarum, presertim novelle plantationis, que mundanis religatis illecebris sub arctioris vite observantia se perpetuo divinis obsequiis manciparunt, paci et quieti consulitur, animarum salus, divini cultus et religionis augmentum procurantur, per que etiam Christifideles ad fundationes et edificationes ecclesiarum et monasteriorum aliorumque piorum locorum ferventius animantur, grato confoveamus assensu et apostolici favoris presidio benignius prosequamur.</i></p>	<p>Das Amt der Hirtensorge, das wir über alle Kirchen und Klöster des Erdkreises auf göttliche Veranlassung, wiewohl unwürdig, ausüben, treibt und stachelt unseren Gest dazu an, daß wir jene frommen Wünsche der Ergebenen, durch welche die Ordensleute, vor allem diejenigen neuerer Gründung, die die Verlockungen der Welt zurücklassen und unter strengerer Lebensform sich auf ewig dem göttlichen Dienst unterworfen haben, zur Vermehrung von Gottesdienst und Ordensleben erfüllt werden, durch welche auch die Christgläubigen zur Gründung und Erbauung von Kirchen und Klöstern und anderer frommer Orte eifriger angetrieben werden, mit erwünschter Zustimmung und durch den Schutz der apostolischen Gunst gnädig entgegenkommen.</p>
---	--

Eine Arenga für →Ordensleute.

<p>SPLENDOR PATERNE GLORIE, <i>qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur.</i></p>	<p>Der Glanz der väterlichen Glorie, der durch seine unaussprechliche Klarheit die Welt erleuchtet, erhört die frommen Gelübde der hoffenden Gläubigen, die auf seine allergnädigste Majestät hoffen, vor allem dann mit gnädiger Zuneigung, wenn deren unterwürfige Demut durch die Fürsprache und die Verdienste der heiligen unterstützt wird.</p>
---	---

Eine häufige Arenga für →Ablaßgewährungen.

<p>THESAURO VIRTUTUM <i>sic preclara vestra religio suum semper astrinxit affectum, quod habetur et in conspecta regis eterni placita et in oculis hominum gratiosa. Ipsa quidem ut columba mitis et humilis et electa domini specialis pulcra per totum aspicitur omnem a se rugam enormitatis abiciens et maculam deformitatis excludens vigilantibus illis, qui paterne sollicitudinis in ea gerunt officium, quod ibidem nulle possunt vitiorum spine succrescere, sed ipsa florum honoris et fructuum</i></p>	<p>Dem Schatz der Tugenden hat euer hochberühmter Orden stets so seine Neigung zugewandt, daß er im Angesicht des ewigen Königs wohlgefällig und in den Augen der Menschen beliebt ist. Jener ist nämlich wie eine sanfte und demütige Taube, die als einzigartige Erwählte des Herrn immer schön erscheint, jede Runzel einer Fehlgestalt wegnimmt und jeden Makel einer Unförmigkeit ausschließt und über die wacht, die ihr väterliche Aufmerksamkeit so zuwenden, daß dort keine Dornen der Sünden wachsen können, sondern daß sie im nie verwelkenden Übermaß der Blumen der Ehre und der Früchte der Ehrbarkeit blüht.</p>
---	--

honestatis immarcessibili polleat ubertate.

Eine Arenga für Urkunden für →Zisterzienser. (Man vermeint geradezu Bernhard von Clairvaux zu hören.)

VIRGINI GLORIOSE *et si nequeamus debitas condignasque impendere gratiarum actiones – celo enim altior est et abisso profundior –, ad cuius magnitudinem meritorum vox humana non pertingit, cum nec angelica suis ineffabilibus meritis equalia laudem referre preconia sufficiat, cupimus tamen ipsam reginam celi supra choros angelorum exaltatam, que unigenitum dei filium mundo peperit salvatorem nostrum dominum Iesum Christum omnis amplitudine et integritate devotionis venerari et ad ipsius reverentiam, presertim in ecclesiis sue commemorationi dedicatis tanto ferventius Christifideles indulgentiarum muneribus incitare, quanto ipsa mater misericordie humani generis consolatrix pro salute fidelium, qui delictorum onere pregravantur, ad regem, quem genuit, sedula adoratrix intercedit.*

Auch wenn wir der glorreichen Jungfrau die geschuldeten und angemessenen Akte der Dankbarkeit nicht erbringen können – sie ist ja höher als der Himmel und tiefer als der Abgrund –, zu deren Größe der Verdienste die menschliche Stimme nicht hinreicht, wo doch nicht einmal diejenige der Engel ausreicht, ihre unaussprechlichen Verdienste angemessen zu verkünden, wollen wir dennoch diese Königin des Himmels, die über die Chöre der Engel erhöht ist, die für die Welt den eingeborenen Sohn Gottes geboren hat, unseren Herrn Jesus Christus, durch die Größe und Vollständigkeit all unserer Ergebenheit verehren und zu ihrer Verehrung, besonders in den Kirchen, die ihrer Erinnerung geweiht sind, um so glühender die Christgläubigen durch Geschenke anstacheln, als die Mutter der Barmherzigkeit, die Trösterin des Menschengeschlechtes für das Heil der Gläubigen, die durch die Last ihrer Vergehen beschwert werden, bei dem König, den sie geboren hat, als emsige Anbeterin Fürbitte einlegt.

Eine Arenga für →Ablaßurkunden für →Marienkirchen.

VITE AC MORUM *honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales (ut illa tibi favorabiliter concedamus, que tuis comoditatibus fore conspicimus oportuna).*

Die Ehrbarkeit von Leben und Sitten und die anderen löblichen Verdienste an Tüchtigkeit und Tugenden, deretwegen du bei uns durch glaubwürdiges Zeugnis empfohlen wirst, veranlassen uns, uns dir zur Gnade freigebig zu erweisen (dir jenes begünstigend zu gewähren, was wir als für deinen Vorteil günstig zu sein erkennen).

Dies ist die Standardarenga für päpstliche Pfründenverleihungen. Sie kann aufgrund besonderer Eigenschaften des Empfängers noch durch zusätzliche, vorangestellte Angaben erweitert werden (→GRATA FAMILIARITATIS OBSEQUIA, →LITTERARUM SCIENTIA, →NOBILITAS GENERIS, →RELIGIONIS ZELUS).

<p>VITE PERENNIS GLORIA, <i>qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum a redemptis precio sanguinis fusi de pretioso corpore redemptoris, meritorum debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi, sed precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur.</i></p>	<p>Der Ruhm des ewigen Lebens durch welchen die wunderbare Güte des Schöpfers den seligen Kampf aller überirdischen Bürger krönt, weiß von den um den Preis des vergossenen Blutes vom Körper des Erlösers Erlösten durch Tugend erworben werden, bei der bekanntlich jenen als besonders bedeutend gilt, daß die Majestät des Höchsten überall, besonders aber in den Kirchen der Heiligen, gepriesen wird.</p>
---	--

Eine Arenga für →Ablaßurkunden.